

contradictores de iure, sed solum refertur ad contradicentes de facto, cum generale verum sit, quod clausula apposita in parte executionis gratia, vel cuiuslibet actus, nunquam auget gratiam, vel actum, nec tollit subreptionem, *dem. 1. in fi. de prebendis*, vt late hoc explicat & egregie declarat Hieronym. Gonzal. *vbi proxime d. glo. 9. a num. 241. vsque ad num. 245. vbi late de effectu*, & natura huius clausule. ad quod etiam videndus est Couarr. & ab eo relati in *pract. questio. c. 26. n. 6. in fi. vers. effectus*, Puteus *decis. 147. lib. 2. plenissime Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limi. 8. a princ. & per totam*, vbi ponit ad dictam clausulam Regulam cum quinque ampliationibus, & duodecim limitationibus, & pluribus declarationibus, quem videas.

Et aliqua nonnulla circa hanc materiam friuolæ appellationis, an ei iudex deferens a 79 fe abdicet iurisdictionem, ita vt ad vteriora non queat procedere: vel an inhibitiõ a superiori iudice ad quem emanata, executionem impediatur, & causet attentata, & de aliis pluribus similibus, vide multa per Lancelotum Robertum de *attent. 2. p. c. 12. limi. 6. per totam*. licet quoad inhibitionem multum eius resolutioni officiat Concil. Trident. *sess. 13. de reformat. c. 1. ad fi. ibi*, Nec Episcopus, seu eius vicarius appellationi huiusmodi, tanquam friuolæ deferre teneatur; sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, &c. non obstante, ad vteriora valeat procedere, &c. quo constat inhibitionem vigore appellationis friuolæ emanatam non cassare attentata, nec impedire executionem permissam aliã a iure, *intra c. cum appellationibus friuolis, de appellat. lib. 6. de quo nos latius 2. p. c. 10. a n. 80. cum seqq. vbi copiose videre poteris veram resolutionem*.

80 Vnum non dissimulabo, vt tunc appellatio cognoscatur esse friuola, quando a parte proposita ab aliqua sententia, seu decreto, & iudex illam aliqua iuris ratione motus tanquam friuolam reiecit, & pars huic reiectioni, & facto iudicis non contrauenit, ac contradicit appellando, sed acquiescit: videtur, & censetur consentire, & cognoscere, eam esse friuolam, ac ita talis iudicanda est, ita Cardinalis Zabarella *consil. 32. per quem ita adnotauit Cardinalis Tuscus 1. tomo cõcl. 397. ante fi. tit. quando dicatur appellatio friuola*.

81 Vltimo notandum, posse iudicem a quo excommunicare friuolæ appellentem, tanquam contumacem, Ab. Philip. Franch. Cardina. Alexan. & Decius in *c. sollicitudinem 44. not. 1. num. 1. de appell. Efficacia de appell. quest. 2. num. 5. 1. in fi.* & nos alibi diximus.

82 Quid autem, vbi alicui iuris & de iure præsumptio aductatur, an huiusmodi con-

demnatus præsumptione audiatur appellas, & quod eius appellationi deferendum non sit, probatur euidenter. nam qui contra se habet huiusmodi præsumptionem; dicitur conuictus, & confessus, qui nullo modo regulariter appellat, vt diximus late infra in *c. de criminalibus. c. 14. & in specie per hanc rationem probat Bald. in l. si bi qui num. 2. per illum text. C. ad l. iul. de adulter. Alex. in additio. ad Bart. in l. 2. litera C. in fi. C. quorum appell. Marfi. in l. 1. num. 157. C. de raptu vng. & idem Marfi. in rubr. C. de probatio. num. 264. & idem Marfi. in *singul. 116. incipit. præsumptio iur. & de iure. Eucrar. in controu. lega. in arg. a verisimili n. 18. Brun. de indic. & tortu. p. 1. quest. 4. num. 16. in fi. Carrerius in practi. cri. in 1. tract. de appellatio. §. quartus casus est. num. 1. & seqq. Paul. Castrenf. in l. 2. num. 2. in fi. C. quorum appell. Nicell. in tractatu de concor. gloss. concordi. 6. fall. 3. num. 21. fol. 121. Farina. in practi. crim. quest. 101. cap. 2. a n. 124. in meis, idem. 3. Menochius de præsumpt. lib. 1. quest. 76. per totum, Carrerius *vbi proxime reddit rationem, quia huiusmodi præsumptio iuris, & de iure non recipit probationem in contrarium, ex qua ratione & bene (cum Mascardo per eum citato) infert a ratione cessante Farina. vbi proxime num. 125. quod in omnibus, in quibus præsumptio iuris & de iure recipit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus tali præsumptione appellare potest. & quales ij sint casus, in quibus præsumptio iuris & de iure admittit probationem in contrarium, vide exactissime Menochium de præsumptio. d. lib. 1. q. 61. cum pluribus seqq. vbi etiam, quales sint præsumptiones iuris & de iure, condemnatus autem sola iuris præsumptione non prohibetur appellari, quia semper admittit probationem in contrarium. ita Menoch. d. q. 76. in fi.***

CAPVT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatible vacasse, mandanturque providere personæ idoneæ; appellationi interpositæ an Iudex Ecclesiasticus vim faciet; non deferens, procedentisque eius ad executionem.

S V M M A R I V M.

Declaratoria sententia, alicquem incidisse in penam ipso iure impostam, an sit necessaria. n. 1. Clericus priuatus beneficio ipso iure per ademptionem secundi, an ad declaratoriam sententiam sit necessariõ citandus. n. 2.

A pena

A pena per legem ipso iure imposta licet non sit licita appellatio, tamen a declaratoria alicquem in eam incidisse, illam admittit quoad utrumque effectum. n. 3.

Incompatibile obtinens ob non residentiam an possit de facto spoliari, vel an prius debeat citari, & audiri. n. 4.

Incompatibile obtinens sententia an requiratur diffinitiva ad priuationem, & an appellationi ab ea deferendum, decernat Senatus Regius aditus per viam violentiæ. n. 5.

Appellationi a sententia declaratoria, beneficium incompatible vacasse per ademptionem pacificæ possessionis secundi, non esse deferendum, verius demonstratur. n. 6.

Incompatibile beneficium ipso iure vacans potest liberè ab ordinario conferri absque declaratoria sententia, nec citatione possessoris. n. 7.

Possessore priuato ipso iure, potest alius eligi absque alia sententia priuationis. n. 8.

Beneficium quando vacat ipso iure per obtentionem secundi, non est necesse iudicem adire pro sententia declaratoria priuationis. n. 9.

Incompatibile beneficium quantum ad iuris effectus vacans est, & idco in eius collatione & provisione nulla requiritur possessoris citatio. num. 10.

Possessor priuatus ipso iure per ademptionem secundi incompatibilis si ad collationem de iure vacantis non fuit citatus, tamen possessio facti, & detentatio auocari ab eo non potest, nisi citatione premissa. n. 11.

Text. in c. licet Episcopus de prebend. in 6. explanatur. ibidem.

Executor Apostolicus ad tradendam possessionem beneficii vacantis ipso iure provisio tradere non debet, nec a detentatore auferenda, nisi isto prius citato, quando ad eius provisionem citatus non fuisset. n. 12.

Quod extenditur ad omnes priuationes ipso iure. num. 13.

Dominium licet sit amissum & publicatum ipso iure, non tamen possessio, que est facti. n. 14.

Notorie vbi constat, quem esse priuatum beneficium ipso iure, vel quando in sententia declaratoria possessor vocatus fuit, aut etiam in collatione vacantis beneficii, ipso iure possessio auocari potest a detentatore absque alia citatione. num. 15.

Et ita procedunt Doctores indistinctè tenentes, posse a possessore primi beneficii incompatibilis amoveri. ibidem.

Causa cognitio qua est adhibenda in tollenda possessione a detentatore ob vacationem ipso iure, debet esse summaria. n. 16.

Beneficium incompatible cum vacans sit per sententiam legalem, nihil aliud remanet faciendum, quam ipsa nudi facti executioni. n. 17.

Nec tunc ordinarius aliud agit nisi vt iuris exe-

cutor & minister, illam legalem sententiam executioni tradit. ibidem.

Sententia iudicis non debet esse melioris conditionis, quam sententia iuris, & quemadmodum ab illius executore non appellatur, ita nec debet appellari ab executore iuris. n. 18.

Detectus per iudicem a beneficio vacante ipso iure, premissa citatione, non est restituendus. num. 19. & 21.

Priuatus ipso iure si spoliatur a priuato (auctoritate tamen iudicis) restitui non debet, quem excludit exceptio priuationis ipso iure. n. 20.

Ordinarius liberam facultatem & potestatem habet a iure providendi beneficia incompatible vacantia ipso iure per pacificam possessionem secundi. n. 22.

Plurima iura canonica ad idem expressa explanantur ibidem, appellationem non esse admittendam a iudice, cuius facultati seu libero arbitrio aliquid de iure committitur, omnium receptissima est sententia. n. 23.

Libera facultas dici non potest, que ab alio dependentiam habet. n. 24.

(Liberè) dictio idem importat quod sine alterius consilio, consensu, interuentu, requisitione, seu interuentione. ibidem.

(Liberè) dictio importat voluntatem absolutam. num. 25.

(Liberè) dictio liberam denotat potestatem in faciente sua sponte, & alterius voluntate non requisita. n. 26.

(Liberè) dictio, vbi apponitur, impedit appellationem, quia idem importat, quod appellationem & prescriptionem non obstante. n. 27.

Commissio signata cum clausula (liberè expedienda & determinanda) intelligitur appellatione remota. n. 28.

Philip. Franc. declarat, dum dicit, quod in commissione cum clausula (liberè terminanda) possit appellari, vbi iusta causa & ratio appellandi subest. n. 29.

Priuegium aut rescriptum Pontificis, quo conceditur alicui vt in causa possit liberè appellare, poterit etiam tertio in ea pronocare. n. 30.

(Liberè) dictio nec iure, nec ratione, nec aequitate aliqua regulatur. n. 31.

Contradictio vbi a iure sublata est, pariter & appellatio sublata intelligitur. n. 32.

(Liberè) dictio vbi est apposita, intelligitur sublata omnis contradictio, & impedimentum. numero 33.

Liberam facultatem providendi beneficium vacans ipso iure per ademptionem secundi cum per ius accipiat ordinarius, debet intelligi appellatione non obstante. n. 34.

Sine contradictione actum celebrat, qui potest facere liberè. n. 35.

Iura loquentia de priuatione beneficii vacantis per ademptionem secundi incompatible iuxta

verba, quibus utuntur, respiciunt executionem & possessionis auocationem, prout est verbum (illico, absque mora dispendio, &c.) & que ea sint iura plura explanantur. n. 36.

Moram aut dilationem ubi res non recipit, appellatio sublata intelligitur. n. 37.

Appellatio sublata intelligitur per verba aequipollentia. n. 38.

(illico) dictio significat executionem paratam, nec requiritur aliam condemnationem. n. 39.

(illico) dictio exponitur, id est sine ulla dilatione, & significat latam sententiam iure operante. num. 40.

(Mox) dictio idem operatur. n. 41.

Statutum vollen appellacionem, debet esse clarum, non turbidum, cum suapte natura sit etiam stricta interpretationis. n. 42.

Secus autem in lege, quia per eam tollitur appellatio etiam per aequipollens. n. 43.

L. constitutio. ff. de appella. interpretatur. ibidem.

Dictiones (statim, illico, mox) excludunt appellacionem. n. 44.

Opinio Hieronymi Gonz. & Gratia. reprobatu dicentes, dictiones (mox, statim, confestim, illico) & similia, non excludere appellacionem. num. 45.

Dictiones, (mox, statim, illico) & similia, nullam dilationem admittunt, & intelliguntur sine temporis interuallo. n. 46.

Dictiones (statim, mox, illico) & similia, important summariam cognitionem, & non requirunt sententiam. n. 47.

Dictiones (statim, illico) & similia, intelliguntur cum temperamento ratione subiecta materie. n. 48.

Temporis interuallum quod requirunt dictiones (mox, statim) & similia, est ut non statim sententia lata exequatur, sed omnia substantialia executionis prout citationes & similia precedant. n. 49.

Dictiones (mox, statim) & similia, effectum non indiget sententia translata in rem iudicatam. num. 50.

Executorialium paritio licet sit statim facienda, intelligitur tamen civiliter, & cum aliqua temperamento. n. 51.

Executorialium paritionis temperamentum respicit tempus, non appellacionem, quam executorialia non recipiunt. n. 52.

Sententia, qua declaratur incompatible vacasse per adeptionem alterius, ac simul mandatur eiusdem fieri prouisionem, non suspenditur per appellacionem interiectam per detentatorem vtriusque, prout decreuit Senatus Valisoletanus. n. 53.

Clausula (dimittendi primum incompatible) intra duos menses, &c. adiecta in Bulla imperationis secundi quomodo intelligenda est, & declaranda, & an ad iuris terminos sit redu-

enda. num. 54. remissum.

Clausula (dimittendi) an existenti in Curia terminus currat a tempore notitie capte possessionis in partibus. n. 55.

Clausula (dimittendi) virtute quando possit vel non, ob non dimissionem beneficium impetrari. n. 56. remissum.

Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 7. disponens contra retinentes incompatibilia procedendum esse appellacione, & inhibitione non obstantibus, dilucide explanatur. n. 57.

Clausula (appellacionibus, &c.) minime suffragantibus, ut generalis omnia in Concilio contenta comprehendit. n. 58.

Text. in cap. 2. requir. 41. de appellatio. expenditur. n. 59.

Verbum (in premissis) quo utitur Tridentinum, ad omnia precedentia refertur, iuxta eius grammaticalem significationem. n. 60.

Clausula (de premissis) ad omnia & singula precedentia refertur de necessitate. n. 61.

Dictio (praemissa) est repetitiua omnium precedentium. n. 62.

Dictio (supradictis) restringit dispositionem ad superiora, perinde ac si specialiter essent repetita. n. 63.

Dictio (huiusmodi) precedentia repetit cum omnibus suis qualitatibus. n. 64.

Bulla Pij Pape IV. edita in confirmationem Concilij mandata omnia & singula decreta eius obseruari appellacione remota. n. 65.

Declaratoria sententia requiritur cum prenia causa cognitione, quando beneficium vacat ipso iure ob penam alicuius facti, puta, ob non residentiam; non tamen quando ex iuris dispositione puta ob adeptionem secundi incompatible. n. 66.

Inter vacationem beneficij ipso iure ob penam facti, & ob vacationem ob iuris dispositionem id dictantis, differentia, & eius genuina ratio redditur. n. 67.

Sententia declaratoria ubi requiritur in priuatione beneficij ob penam, non ideo sequitur, quod appellatio sit admittenda si aliqua specialitatis ratione excludatur, ut in priuatione ob non residentiam. n. 68.

Sententia declaratoria incursum in penam priuationis ipso iure quoad appellacionis prohibitionem, vestitur ex natura casus, cui adijcitur, ut si casus est appellabilis, a declaratoria appellatur, si in appellabilis, a declaratoria multo fortius prohibetur appellari. n. 69.

Index in declaratoria priuationis ipso iure nihil noui agit, sed actum in preteritum ostendit. num. 70.

Appellari licet non possit a pena excommunicationis lata ipso iure, tamen a declaratoria admittitur appellatio quoad vtrumque effectum. n. 71.

Declaratoria

Declaratoria sententia incursum censuram si sit lata in causa executiua, secundum eius naturam regulatur, & pariter non recipit appellacionem suspensiuam. n. 72.

Appellari non licet a pena legis seu canonis, a declaratoria tamen aliquem in eam incidisse, licita est appellatio. n. 73.

Declaratus incidisse in penam si sit conuictus & confessus non appellat. n. 74.

Beneficiatus absens monitus & contumax plebitur pena priuationis beneficij ob non residentiam, cuius executionem debet precedere declaratoria sententia diffinitiuam cum cause cognitione, alias erit attentata, & nulla. num. 75.

Declaratoria sententia aliquem esse priuatum beneficij ob non residentiam quando non recipit appellacionem suspensiuam, n. 76.

Contra non residentem quando proceditur ad priuationem beneficij admittitur appellatio, si non precedit causa cognitio & citatio, & quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius. num. 77.

Beneficia omnia etiam simplicia quomodolibet residentiam requirunt, dicuntur incompatible, & per adeptionem possessionis pacifica secundi, vacat primum ipso iure ex dispositione Trident. n. 78.

Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 4. explanatur. n. 79. & n. 85.

Beneficia simplicia etiam requirentia residentiam per secundi adeptionem inter se non vacare hodie ipso iure, qui teneant. n. 80.

Beneficia simplicia requirentia residentiam sunt inter se incompatible, & per consequens hodie vacat secundum ipso iure ex magis vera opinione. n. 81.

Text. in cap. de multa, de prebend. interpretatur. ibidem.

Beneficium simplex non dicitur incompatible, quando eius residentia non est precisa & absoluta, sed casualiua ratione amissionis fructuum. n. 82.

Beneficium simplex non dicitur incompatible, quando residentia non est continua, sed ad certum tempus, nisi in eodem tempore concurrat seruitium & residentia alterius. n. 83.

Nauarrus relatus pro contraria opinione explicatur. n. 84.

Autor valde miratur aliquorum Doctorum caullantium clara verba, ibi relata Concil. Trident. d. cap. 4. sess. 7. de reformat. n. 85.

Concil. Trident. decreti sess. 24. de reformat. cap. 17. quod contrarium videbatur. d. cap. 4. sess. 7. de reformat. secundum aliquorum sinistram declarationem formalis sensus restituitur. n. 86.

Circa incompatibilitatem beneficiorum, & eius plurimas quaestiones Doctores qui sint videntur. n. 87.

ARTICVLVS iste perdifficilis est, quem ad partes examinabo. Quorum affirmatiua; nempe: iudicem ecclesiasticum vim facere, non deferentem appellacioni interiecta a possessore primi beneficij vacantis ipso iure per adeptionem alterius incompatible; probatur primo, licet pena imponatur alicui ipso iure; requirit sententiam declaratoriam, quem in ipsam incidisse, quae nihilominus est necessaria, Bart. in l. eius qui delatorem. per textum ibi ff. de iure fisci, & Ioannes Andreas, & alij scribentes, per textum ibi in c. cum secundum leges. in §. confirmationis, de hereticis. lib. 6. Ioan. Andr. Archidia. Petrus de Ancara. Domini. & Philip. Franc. in c. 2. de prescript. lib. 6. & in cap. fawlicis. §. nullus, de penis lib. 6. & omnes fere scribentes in cap. 1. de homicidio. eodem lib. Cardina. in clem. 1. in princ. annota. 14. de penis, & Petrus de Ancara. in cap. capientes §. quod si per viginti. colum. vlt. versiculo item collige, de electione lib. 6. vbi ad hoc dicit singularem text. in d. §. confiscationis, & in cons. 133. incip. satis inaduertenter, colum. 1. vers. ego etiam, & in consilio 189. incipit, tribus. colum. 1. vers. 2. moueor, & Dominic. in cons. 42. incipit in nomine, &c. quia reuocatur, colum. 1. & Felinus in c. Rodolphus, colum. 24. vers. sed declaratoria sententia. de rescript. & in c. cum non ab homine, colum. 4. versiculo vtrum autem data de re iudic. & in cap. 2. in princ. de sponsalibus. & in cons. 135. incipit, quidam habens vnum filium, colum. vlt. & multos hanc sententiam tenentes refert, & sequitur Alexand. in l. si quis maior, colum. penult. Cod. de transactio. & ita tenendum est contra aliquos, quos refert Tiraquell. in leg. si vnamquam, verbo, reuertatur. n. 398. C. de renouand. donation. resolut etiam Oieda de Mendoza in tractatu de clericis, & eorum exempt. limi. 4. num. 7.

Et in hac sententia declaratoria citandus est clericus priuatus beneficio, ipso iure, quia cum de eius praedictio tractetur, necessaria est, gl. in clem. presentem in verbo, consistit, de penis, sequitur Roma. in l. si cui bonis ff. de verborum obligatio. Panormita. & Bald. in l. ea qua C. commu. vtriusque iudicij. Bart. in l. ab excoctore, in princ. ff. de appellat. Aretin. in c. 1. colum. 8. vers. vtrum autem quando pena, de iudicij, & in cons. 166. incipit, sicut iohannes dixit, colum. 9. & Alexand. in additio. ad Bart. in leg. Imperator ff. de iure fisci, & Felin. in c. Rodolphus, colum. antepenult. vers. sed insitor est cum citatur pars, de rescriptis, & Socinus inter consil. Federici Senioris, cons. 20. incipit, Domine labia mea aperies, in 4. dubio, vbi inquit, de hoc esse text. expressum in cap. parochianos, vbi notat Panormita. & facit clem. dudum, de reuocant. Tiraquell.

Tiraquell. ubi supra. n. 404. ergo succedit regula l. & in maioribus C. de appellat. iuncto tit. ff. nihil nouari appell. pend.

3 Secundo, quia licet ab ipsa poena, à iure imposita, non sit licita appellatio, tamen à sententia declaratoria, aliquem incidisse in illam, licita est quoad utrumque effectum deuolutiuum & suspensiuum, plures, quos congerit Nauarr. in c. cum contingat 15. causa nullitat. fol. mibi 151. plurimos per Bernard. Diaz in regul. 675. & exacte per Gratianum in regul. 3. per totam, ubi de ratione, & in regul. 171. Gutierrez. conf. 10. num. 16. plures per Bobadillam in politic. lib. 3. cap. 8. numer. 278. ergo pariter & in nostro casu, ut ab ista sententia declaratoria, beneficium vacasse ipso iure, appellatio à possessore emissa, ut legitime deferendum videtur.

Tertio magis in terminis videtur hanc partem corroborare Flores de Mena in pract. question. quest. 13. n. 2. 6. ubi dicit: Quod si ordinarius procedat contra recipientem secundum beneficium, etiam non inducens primi priuationem ipso iure, & ad eius priuationem ob non resentiam, ob incompatibilitatem, non potest ipso facto eum spoliare, & priuare, sed prius eum tenetur audire, & citare, & de causa cognoscere, si aliam quam defensionem habeat, & sententiam diffinitiuam proferre, à qua poterit appellari, allegat glossam in pragmatica sanctione Gallicana titulo de collationi. verbo, prouideant, in fi. & aliam procedent nulliter, & omnia per ipsum iudicem facta, reuocabuntur per viam attentati, nullitatis, & iniustitiae, allegat ad id cap. inter quatuor, & cap. ex parte, de cleri non residen. & Abb. ibi & Oiedam de benefic. incompatib. cap. 18. num. 5. & alios, ac in fi. dicit, quod quando ordinarius non audiunt possessorem, in tribunalibus Regis declaratur, vim fieri.

6 Sed his & aliis non obstantibus, contraria sententia, imò huiusmodi appellatio interposita à sententia declaratoria beneficii vacasse ob obtentionem possessionis pacificae secundi incompatibilis, ita ut nec illius prouisionem, & possessionis traditionem, non suspendatur, non deferens ordinarius violentiam nullatenus facere; & longè uerior est, & de iure probabilior. quã & ex sequentibus fundamētis talem demonstrabo.

7 Primo, quia beneficium incompatibile, quod ipso iure vacat, potest liberè ordinarius alij conferre, nulla expectata sententia, nec citatione possessoris, Bald. in cap. cum in cunctis. de electione. notant scribentes in cap. de multa de prebend. & in cap. 2. & ibi Panor. in 3. nota. de feudis. & in cap. fundamenta. ubi glossa & Dominicus, de electione lib. 6. & in

cap. licet Episcopus, de prebend. eodem lib. Doctores in cap. ordinarij de officio ordi. lib. 6. Gloss. in cap. 1. verbo, liberi. & Ioannes de Anania, & Dominicus de homicidio, Gloss. in cap. facilius, verbo, dissonant, de penis lib. 6. tenuere etiam Innocentius, Ioann. Andreas & Panor. in cap. accepta, de restitutione spolia. Bald. in c. 2. in vers. amittit. in fi. tit. de feudis sine cal. non amit. fol. 133. incipien. questionis istius determinationem, ad fin. lib. 4. & Cardina. Flora. in clem. 1. in prin. 15. nota. de penis. Immol. in c. de multa col. 2. vers. nota quod, ubi per ius. de prebend. & in c. exhibita col. 8. vers. 3. quaritur, de rerum permutatione, per nota. in c. auditis, & in cap. inter dilectos, de excessibus prelatorum. & Roma. notat in cons. 2. 12. incipit, quoad primum in dubio primo, & in cons. 483. incipit, dubiatur 1. col. 3. vers. 3. hoc demonstratur, & Panormita in cap. 2. in nota. 3. per illum textum de feudis, in cons. 67. incipit in causa que uertitur, colum. 2. in lib. 2. & Martinus Laudensis in c. si quis miles post medium titulo de feudis, sine culpa non amit. & Ludouic. Bologninus in additio. ad consilia Anania, in cons. 32. incipit, presentia Domini, in vers. plus dico, colum. 2. & ita tenentur Domini de Rota in decis. 301. incipit nunquid Patronus in antiq. & Francisc. de Ripa in cap. sapē, colum. penult. vers. sed dubiatur, de restitut. spoli.

Quemadmodum cum quis est priuatus ipso iure, potest eligi alius absque alia sententia priuationis, probat text. in c. fundamenta §. quod si fecerit, & ibi Domini qui hoc notat in 2. nota. de electione, lib. 6. & denique prefatam sententiam receptissimam esse, probant Quintil. Mandos. in additio ad Lapum, in allegatione 16. litera A. ubi refert infinitos pro ea, optimè per Oiedam de Mendoza in tractatu de benef. incompet. 1. p. c. 4. n. 6. & 7. ubi reprobat & dicit errasse aliquos contrarium tenentes. idem Oieda d. 1. p. c. 13. num. 59. ubi dicit, quod quando beneficium primum vacat ipso iure per obtentionem secundi, non sit necessarium, iudicem adire ipsius beneficii, & petere sententiam declaratoriam priuationis, adducit ad id notata per Andream Tiraq. in l. si unquam, verbo, reuertatur, num. 446. Flamin. Paris. de resignatione benef. lib. 12. tom. 2. quest. 10. num. 10.

Que sententia licet uerissima sit, ut ordinarius possit providere, & conferre alteri diuino beneficium, ipso iure vacans absque aliqua sententia declaratoria, & absque citatione, quia uerè & realiter quantum ad ius attinet, beneficium vacans est: tamen quando in collatione possessor priuatus citatus non fuit, possessio facti, & illa detentatio prouiso tradenda non est, nec ab ipso detentore auferenda absque citatione, quia in-

auditus

auditus de ea deiici non ualet, ita probat text. in tribunalibus frequens, in c. licet Episcopus, de prebend. lib. 6. Licet Episcopus (inquit Pontifex) beneficium, quod cum animarum cura tenebas (postquam aliud recepisti consimile, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit, quominus haberes eandem) possit alteri de iure conferre: illum tamen, cui contulerit, non debebit, te non uocato (cum tibi forsan ius possit competere retinendi) in possessionem ipsius inducere corporalem. quod tenet ibi gl. verbo, te non uocato, & ibi latè Ioannes Monach. quos referens sequitur Geminia. ibi num. 9. Lapsus allegatione 103. sub num. 3. Hostiens. in cap. 1. num. 9. de concess. prebend. lib. 6. Innocen. in c. de multa, verbo, consecrat, & ibi Abb. in 4. nota. Ioannes Andreas in verbo liberè, Immol. col. 2. vers. nota quod, & alij omnes ibi scribentes, Abb. cons. 67. lib. 2. Gemini. cons. 117. col. vlti. Cardi. cons. 63. col. 2. vers. item si in forma, & cons. 74. col. 2. vers. pro hoc est ratio. Alex. cons. 103. col. vlt. vers. unde dicit, lib. 1. Barba. cons. 13. col. 2. vers. propterea lib. 3. Ruin. cons. 128. n. 8. Bald. cons. 133. in fi. lib. 4. cum alijs, Hostien. in cap. sollicitudine de restitut. spolia. Andreas Ilermia in cons. Neapol. incipit, si uassallus à Domino, col. 3. Bald. in l. si maritus quondam, C. de donatio inter uir. & uxorem, & in cap. cum in cunctis, de electione 141. incipit, thema huiusmodi, col. 2. lib. 2. Lapsus allegatione 89. in Dei nomine, col. 19. in paruis. Cardina. Floren. cons. 63. incipit, Dominus noster, col. 2. vers. item si forma, & alij, ut per Tiraquell. in l. si unquam, verbo, reuertatur, n. 388. C. de reuocata. dona. Oieda de benef. incompetib. 1. p. c. 4. n. 8. Flamin. Paris. loco mox citando.

12 Quod item esse intelligendum in prouisione facta à summo Pontifice huiusmodi beneficii vacantis ipso iure, non facta in ipsa collatione, & prouisione citatione possessoris, executor ad tradendam possessionem prouiso tenetur citare possessorem, latè etiam comprobatur Flamin. Paris. de resignat. benefic. tit. 2. lib. 11. quest. 10. per totam. Ferrer. cons. 4. num. 4. & cons. 10. num. 10. & extendit etiam ad omnes priuationes ipso iure beneficii, secundum gl. in d. c. licet Episcopus, verbo te non uocato, in fi.

13 Et prefati Doctores rationem reddunt, quoniam licet dominium sit amissum, aut publicatum, non tamen possessio, quæ est facti, ut ex Bald. in additio. ad Specul. tit. de locato §. nunc aliqua quest. 46. & idem Bal. cons. 356. lib. 4. & in leg. si quis in tantum, colum. penult. C. unde vi. plures alios, plurimaque in comprobationem adducit Tiraquell. in d. l. si unquam, verbo, reuertatur, n. 388. Oieda supra n. 9. & Flamin. n. 11. & licet non desint,

qui contrarium tenuerunt, ut etiam absque citatione possessor possit deiici. qui obtinent, quando esset notorium, quem priuatum esse beneficium, aut si possessor uocatus fuisset in sententia declaratoria, vel priuatiua, aut etiam in collatione ipsius beneficii, nam istis tribus casibus ei potest auferri possessio beneficii, alter non uocato, & sine alia causa cognitione, ultra quos superius tradita doctrina uerissima, & certior est, ut videndus plures in comprobationem adducens ipse Oieda ubi proxime sub num. 9. quem uide.

16 Aduerte tamen, quod ista causa cognitio debet esse summaria, ut scriptum reliquit gl. in d. cap. licet Episcopus, de prebend. lib. 6. verbo, te non uocato, circa medium. quam referens sequitur Flamin. Parisius loco proxime citato, num. 34.

Nam cum per sententiam legalem uerè uacans sit beneficium, tot constitutionibus & decretis canonicis statim referendis, non amplius remanet faciendum, quam ipsius executio facti, & ordinarius tunc aliud non agit, quam tanquam iuris minister, & executor ipsam debitè executioni tradit, & exequitur. ut in simili proposito ex alijs considerauit Azeued. in leg. 27. tit. 3. lib. 1. recopil. post princ. & nos supra cap. proxime procedenti 18 exactè probauimus. nec debet esse melioris conditionis sententia iudicis, quam sententia iuris, & ab executione & executeore illius non appellatur, l. ab executeore. ff. de appellat. l. ab executione. C. quorum appell. non recip. nec ab eo, quod sit secundum legis, & canonicis dispositionem, & præceptum, nec à iudice. illud exequente, appellatio interiecta deferendum est, tanquam contraria iuri, frustratoria, non habens adminiculum, & momentum iuris, c. consuluit el. 3. de appellat. c. relatum de cler. non residentibus l. si. ff. de appellatio. recipi. & ex his, quæ nos exactissimè adduximus, & in vnum conuulsumus, & resoluimus supra c. procedenti, pluribus ad idem citatis Doctoribus.

19 Aded ut ita deiectus à tali beneficio per iudicem non est restituendus, ut inquit glo. in verbo audientia in fi. in c. in nomine Domini 23. d. fi. in c. presentium 7. q. 1. & ibi Archidia. circa fin. glo. in summa 3. q. 1. Felin. in c. cum causa de off. delega. col. 1. Abb. in c. dilectus 1. col. 1. de rescriptis. Abb. in c. conuulsumo col. 1. & sequent. de restitut. spoli. & in c. licet ex susceptio in 4. col. de foro compet. Felin. in c. dilectus el. 1. col. 1. de rescriptis. & in d. c. causa col. 1. de off. deleg. & in c. Ecclesia sancte Mari. 13. de consuet. & in c. cum ordinem col. 5. Decius in c. referente col. 1. de prebend. Francisc. de repet. in l. naturaliter §. nihil commune num. 92. de acquir. poss.

post. num. 6. cum seqq. & in c. sepe de restitut. spoli. num. 86. & resolutum multa in proposito adducens Anton Gabriel communium opinio. tit. de restitut. spoli. concl. 1. num. 108.

20 Et idem esse in spoliato à priuato (authoritate tamen iudicis) latè, & cum distinctione prosequitur post alios plurimos Oieda ubi supra 1. p. c. 4. num. 68. cum seqq. quia ei obstat & excludit exceptio priuationis ipso iure apposta.

21 Et accipiendam puto hanc doctrinam (licet ipsi Doctores absolute loquantur) cum temperamento, de quo supra, vt scilicet, procedat, quando aliquo modo fuit citatus à iudice, vt videre est per Ferrerum conf. 10. num. 10. vers. alias. Ill. in conf. 38. prope finem lib. 3. Bald. conf. 135. in causa prope finem lib. 2. Afflictis decif. 361. num. 35. quam & ratione, & autoritate comprobatur Menoch. de recuper. post. 8. remedio num. 50. & 53. quem ad id referens etiam sequitur Flamin. Pari. de resignatione benef. tom. 2. lib. 11. q. 10. n. 23.

22 Secundò & pro hac mea opinione, scilicet vt ordinarius vim non faciat appellatiõni non deferendo, ab eius prouisione, & possessionis traditione beneficij, tanquam incompatibilis ipso iure vacantis; facit, nam omnia ferè iura hoc disponentia circa prouisionem horum beneficiorum, id committunt totum liberam facultati, & arbitrio iudicis, probat text. in c. cum in cunctis. §. cum verò, in finalibus verbis ibi, habeant liberam facultatem. de electione. text. in eodem cap. in prin. ibi, de illis disponendi liberam habeant facultatem. text. in c. de multa. ibi, liberè conferat, cui merito videntur conferendum, &c. de prebend. text. in c. extirpande §. qui verò, ibi, liberè alij conferenda qui velit & possit, &c. eodem. text. in c. fundamenta, vers. quod si secus. ibi, liberam habeant potestatem. de electione lib. 6. idem probant text. in c. ordinarij, de off. ordina. lib. 6. c. nec aptande. de concess. preben. lib. 6. cap. 1. §. sacri. eodem lib. c. felicitas in prin. vers. quia verò, de penis in 6.

23 Sed sic est quòd licet inter nostros in variis itum est sententias, an licet appellari à iudice, cuius arbitrio aliquid relinquatur, vt infra videbimus suo loco: tamen illud est apud omnes receptissimum, vt à iudice, cuius facultati, & arbitrio libero aliquid relictum est à iure, appellatiõni deferendum non esse. ita docent Innocentius & Hostiensis in c. ultimo de ferijs. & Ioannes Baptista à sancto Severino in l. admonedi num. 265. vers. 1. ff. de inre iuran. Feli. in c. exceptionem, n. 2. in fi. de exceptio. & in cap. super his. num. 8. de accusatio. Ruinus conf. 149. num. 9. lib. 4. Ill. in l. 1. in prin. num. 6. ff. si quis ius dicit. non obtemper. Couarru. lib. 2. varia. cap. 12. num. 5.

Menoch. de arbitra. iudi. lib. 1. quest. 7. num. 13. & alij per nos inferius allegari, latè diximus supra 2. p. cap. 8. ante fin. vers. similiter clausula (suo libero arbitrio, &c.) à num. 119.

Cùm libera facultas, & arbitrium dici non potest, quòd ab alio dependentiam habet, cum illud hæc dictio (liberè) importet, scilicet, sine alterius consilio, consensu, interuentu, requisitione, seu interuentione, vel alias. ita optimè & exactè per Tiraquellum in l. si unquam. in verbo reuertatur num. 135. & Bal. in cap. 1. num. 6. de rescriptis, dicit, quòd importat voluntatem absolutam, vt post Bart. Alexan. contra alios consuluit Roland. à Valle conf. 42. num. 18. volum. 1. Aimon. conf. 122. num. 5. Ruinus conf. 18. num. 6. & conf. 84. num. 9. lib. 1. & hæc dictio, liberam denotat potestatem, faciendi actum sua sponte, alterius voluntate non requisita, cap. 1. de rescriptis. iuncta gl. verbo, vt liberè, cap. 2. in fi. de testament. lib. 6. clem. 2. ubi gl. verbo liberè & Doctores de iure patro. & in de. dudum §. si verò in verbo liberè, de sepulchris. latè Areti. conf. 59. in fi. lib. 3. Decius conf. 360. num. 3. Socin. Senior conf. 13. num. fi. lib. 1. Gozadi. conf. 58. n. 2. Curtius iunior conf. 2. num. 3. Cassiadi. decif. 3. sub num. 2. de privilegij. & num. 4. in fi. Caputaquen. decif. 297. num. 5. & 6. p. 1. Mieres tract. de maioratu. 1. p. quest. 1. num. 127. in nouiori impressione.

Tertiò, & magis in hac specie hæc pars 27 probatur, quia istæc dictio, seu determinatio (liberè) idem importat, & significat, scilicet appellatiõne, & præscriptione non obstante. ita vt vbi apponitur, appellatiõnem impediatur, cap. 1. in prin. & ibi gl. mirabilis verbo liberè, de consibus in 6. Sequitur Hierony. Gonzal. in regul. de men. & alter. gl. 53. n. 11. & idem tenent Butrius, & Immol. in c. irrefragabili. in prin. de off. ordi. dum per text. ibi dicunt, quòd quãdo committitur alicui causa liberè expedienda, & terminanda, intelligatur appellatiõne remota, cum dicta verba id importet, Philip. Franch. in rubr. de appellatiõ. fol. 2. colu. 1. in fi. vers. sed quid si committatur, vbi videtur, hanc doctrinam voluisse temperare, per illum text. in d. c. irrefragabili, vt scilicet non procedat, quando adest iusta causa, & ratio appellandi, quòd & ego admitto, quando ratio appellandi est in promptu, secundum ea quæ latè diximus infra hac 3. p. cap. 9. non aliter. per ea quæ hic dicuntur. Plurimos etiam Doctores in terminis conessimus supra 2. p. cap. 8. à num. 115. vers. altera clausula erit nempe (liberè procedatur) asserentes per eam sublaram intelligi appellatiõnem: facit quòd per Antonium in cap. 1. in 1. colu. de rescriptis. notat Ioan.

Ioan. Anton. de sancto Georgio in c. tua nobis num. 8. vers. septimò fallit, dicit, quòd quando Papa dedisset in rescripto priuilegium alicui, vt possit in causa liberè appellare, poterit ille etiam tertio prouocare, contra text. in l. veri. C. ne liceat tertio prouoc. &c. quia talis dictio talem inducit libertatem, quæ nec iure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur, Socinus consil. 170. n. 8. lib. 2. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. quest. 70. num. 33.

30 Et fortius illo redditur hoc fundamentum, quoniam quando contradictio in aliqua dispositione remouetur, ibi pariter & appellatio remota censetur. ita eleganter post Decium, & alios concludit Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 4. & 5. Gonzal. ubi proximè gl. 9. in annota. n. 218. & nos d. c. 8. à n. 107. fed sic est, quòd per hanc dictiõnem (liberè) in dispositione prolata, excluditur omnis contradictio, & impedimentum secundum gl. in c. ordinarij. per illum text. verbo liberè, de off. ordinarij lib. 6. Barbata in tract. de præstantia Cardinal. 1. p. 493. num. 2. ergo euidenter apparet in nostro casu prædicta iura concedentia ordinario facultatem liberam prouidendi, & cõferendi beneficium vacans ipso iure per promissionem ad aliud, censi prohibita appellatiõnem, quoad suspensiuum saltim, quia sine contraditione actum celebrat, qui potest facere liberè, Calcanius consil. 3. num. 8. Gozadi. conf. 47. n. 9. lib. 1. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. q. 7. n. 34. cum sequentibus.

36 Quartò & pro hac parte, nostraque opinione fortiter faciunt verba specialia, quibus iura, in hac materia loquentia, vtuntur, respicientia possessionem priuati, & executionem demonstrant, prout text. in c. de multa. ibi, tenetur illico. de prebendis, & dignitatibus. text. in extrauaganti exccrabilis. vers. qui verò, de prebendis, & dignitat. ibi, postquam secundi possessionem habuerint, vel per eos steterit, &c. absque moræ dispendio, &c. Et eisdem terminis vtuntur, & loquuntur Doctores, vt est videre per Abbatem in cap. quia nonnulli n. 4. de cleric. non residen. & alij plurimi relati à Nicolao Garcia de beneficijs 2. tom. 11. p. c. 5. num. 36. & 37. sed quando res moram, nec dilatiõnem recipit, appellatiõ intelligitur exclusa, tanquam dilatiõni causam præstans, text. in l. fin. ff. de appellatiõibus recipiendis, cum etiam per verba æquipollentia intelligitur sublata appellatiõ, vt post Franchum, Decium, & alios, concludit Lancelot. Robert. de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 8. num. 4. & 5. Ill. consil. 187. incipit circa primum sub num. 22. ad medium, vers. similiter lib. 2. Gonzal. in regul. de mensi. gl. 9. in annota. num. 218.

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

Et facit dictio illa (illico) posita in d. c. de multa, significat, habere executionem paratam, vt rem iudicaturam, nec requiri aliam condemnationem, secundum Bart. in l. si quis C. depositi. Alexand. conf. 42. visò processu col. 1. verbo, nec predictis obstat lib. 4. Pro quo est text. in l. si quis C. depositi. Tiraquell. in repetitiõne l. si unquam. verbo, reuertatur, n. 115. ad si. idem Tiraquell. supra n. 92. ad si. Bart. loquens in dictiõne (mox) per glossam ibi, in l. vnic. C. si de momen. poss. fuer. appell. Sequitur Rodericus Xarez in reper. l. posteaquam n. 5. ff. de re iudic. num. 2. & facit optimè l. fin. C. de iudicij. dum ibi hæc dictio, illico, id est, sine vlla dilatiõne, quia hæc dictio significat latam sententiam iure operante, l. idemque. §. si cui mandauero. ff. mandati. §. filiusfamilias. vers. sed ex consuetudine. iuncta gl. ibi, verbo, illico, in tit. quibus modis patria potestas solui. text. in l. vlt. C. de fideicommissarij liberta. Lucas de Peña in l. vlt. col. 2. C. de spect. lib. 11. Petrus de Anacara. inter consilia Ioan. Calderi. tit. de verborum signif. cons. 10. Angel. Areti in §. extraneo. in tit. de pupilla. sub tit. Ill. in l. posthumo col. 7. vers. pro qua opinione C. de honorum poss. contra tabul. ergo euidenter sequitur in hoc casu, de quo agimus; appellatiõni nec est deferendum, nec suspendit. Prout etiam de dictiõne (mox) dicit. Ill. in l. 2. col. 7. vers. 2. pondero ff. de iuricir. habere executionem paratam. facit l. si quis post hæc, in princ. C. de bonis prescriptorum. & ibi Angel. in prin. sequitur Tiraquell. ubi supra d. verbo, reuertatur n. 109. prescriptum ad fi.

Et ex his venit intelligendus Hieronymus Gonzal. in regul. de mensi. gl. 9. in annota. dum num. 216 & sequentibus, dicit, statutum dicitans vt statim facta electiõne beneficij, tradatur possessio: intelligatur, si non intra terminum ad appellandum, appellatio interponatur, vel aliam tranfit in rem iudicatam. quia respondeo, vt procedat in statuto, quòd quidem quoad prohibitionem appellatiõnis, debet esse clarum, non turbidum statutum, vt ibi dicit, & nos etiam alibi, cuius statuti quatenus tollit appellatiõnem, strictam fieri interpretatiõnem, etiã ex aliis fundauimus supra, maximè cum suapte natura strictum sit. ita vt secus sit dicendum in lege, quia tunc intelligitur, & interpretatur etiam appellatiõne interposita, vt aliquid operetur. text. est in l. constitutiõnes ff. de appella. qui loquitur de dictiõne (statim) & interpretatur, vt executio fiat lata sententia, etiam post appellatiõnem, & ea pendente. quòd in nostro casu dubium non videtur, respectu aliorum verborum extrauagantis exccrabilis, ibi, sine moræ dispendio) quæ omnimodam difficultatem tollit, simul at-

g que

que dilationem, & suspensionem. prout & bene ponderavit Nicolaus Garcia d. p. 11. c. 5. num. 37.

44 Et ultra supradictos quod dictio (statim, illico, mox, &c.) excludat appellationem, latè Ruginell. tract. de appell. §. 9. gl. 2. q. 18. n. 94. sequitur Escacia de appell. q. 16. limit. 1. n. 59. & nos supra 2. p. c. 13. ante fin. ver. ac iterum verba illa mox, &c. à n. 124.

45 Nec admittenda est opinio Hieronymi Gonzal. in regul. de mens. & alter. gl. 9. §. 1. in annotatio. num. 2. 17. quem sequitur Gratia in disceptatio. foren. tomo 1. c. 41. n. 11. dicentes,

46 dictionem statim, confestim, mox, illico, & similia, non excludere appellationem, ex eo; quia licet nullam dilationem admittant, & intelligantur sine temporis intervallo, vt ipsi probant, & exactissime per Cenedum in singularibus suis singulari 61. à n. 1. vbi plurimos citat, ita vt huiusmodi verba importent summariam cognitionem absque ordine iudicario, & non requirant sententiam, vt ex

47 Matthia Coler. de process. executi. c. 2. p. 3. n. 18. Tamen dicunt Gonzal. & Gratianus, vt huiusmodi dictiones debent intelligi cum temperamento ratione subiectæ materiæ, per

48 Tiraquell. Menochium, & alios. quod verum est. Sed inferunt ex ea doctrina, intelligi eo modo, vt non excludant appellationem, sed statim quod de iure fieri potest executioni mandetur; scilicet: vel post decem dies datos ad appellandum, aut si non appelletur, vel alias, transeat in rem iudicatam.

Sed ni fallor, isti viri ex eorum ratione conuincuntur, etenim fatentur, istas dictiones (statim, mox, illico, &c.) intelligi cum temporis intervallo, & temperamento secundum subiectam materiam, vt scilicet non statim, vt lata sit sententia; exequenda sit; sed quod iuris termini sint expectandi, & solemnitates, citationesque necessariè præcedere debent, & ea omnia, quæ in huiusmodi iudicio executiuo requiruntur, non omittantur; & sic non est expectandum, vt appellatio non interponatur, & sententia transeat in rem iudicatam. quia huiusmodi exemplificatio illius doctrine, potius est mutare, & tollere substantiam illarum dictionum: quam tempus secundum subiectam materiam assignare. Etenim postquam sententia transit in rem iudicatam, nullæ expectantur dictiones illæ; cum deperse iuris dispositione mereantur executionem, quo casu nihil specialitatis, & virtutis continent dicitæ dictiones. itaque omnimodo debent intelligi, vt aliquid operentur ultra ius commune, maximè cum sui natura, & propria significatione celeritatem desiderent ex

50 Doctoribus citatis.

Et hæc nostra interpretatio contra dictos Doctores euidenter probatur, etenim executoriales, quibus statim parendum est, licet hæc paritè statim faciendæ debeant civiliter intelligi, & cum aliquo temperamento, iuxta text. in l. quod dicimus ff. de solutio. Doctores in c. quoad consultationem de re iudic. Mandos. for. 20. commissio. q. 8. in verb. executoriales Gratia. disceptatio foren. 1. tomo. d. c. 41. n. 13. (prout pariter de dictis dictionibus diximus) tamen hoc temperamentum respicit tempus, non tamen appellationem, cum ab executorialium executione non admittendum esse, certum sit, & probabimus latius infra 4. p. c. 1. & c. 3. & ferè per tot. cap. eiusdem 4. part. quia tunc foret alterare substantiã rei, quod fatendum non est, & sic euidenter conuicti apparent Gonzal. & Gratia. fuisset rationibus, cum in ipsos retorquantur. & redeundo ad nostram principalem quæstionem, quæ vltèrius corroboratur.

Quintò & pro hac nostra parte facit, quod in terminis cõsuluit Gutier. in cons. 1. c. à n. 8. cum seqq. vbi dicit; quod sententia ordinarij ad petitionem promotoris fiscalis, lata super declaratione cuiusdam beneficij; scilicet, id vacasse per obtentionem alterius incompatibilis, ex gratia suæ sanctitatis, & virtute bulularum Apostolicarum, mandanque fieri prouisionem eiusdè, est exequenda non obstante appellatione, interposita à detratore vtriusque. imò plus dicit; quod cum suprema Valisoleana cancellaria adita fuisset per viam violentiæ, vt iudici Ecclesiastico præciperet appellationi deferre, innoatæque reponere, cuius processus, & causa visa per tribunal illud, declaratum fuisse; ordinarium Ecclesiasticum vim nullam fecisse, haud deferentem appellationi prædictæ, ab eius sententiæ interposita. imò causa iterum sibi remissa est, de quo quidem testatur ipse, quod decretum in tribunalibus his in casibus frequenter videmus, & in sui comprobationem nonnulla fundamenta adduxit Ioannes Gutier. in d. consil. 10. non tamen ex his, quæ nos. vbi etiã aliis pro contrario cõsideratis satisfacit.

Et de natura decreti siue clausulæ dimittendi primò incompatibile intra duos menses, putà; à die habitæ secundi possessionis, vel à tempore, quo per eum stetit non capere, appositæ in gratia & bulla impetrata pro secundo incompatibili, de qua latè Gutier. & an recipiat interpretationem à iure: vt intelligatur de possessione pacifica nondum quoad factum, vt percipiat fructus, sed etiam de iure, scilicet, minimè litigiosa, & de qualibet molestia, etiã extraiudiciali, tam quoad concessionem, quam quoad fructus perceptionem, & existenti in Romana Curia, à quo

55 tempore

tempore currat notitiæ possessionis captæ in partibus, & de aliis multis difficultatibus, quæ conducunt interpretationem clausulæ, & decreti (dimittendi) vide amplissimè, & eleganter per Ioan. Hieron. Campanill. diuers. iur. cano. rubr. 11. c. 13. à num. 269. cum pluribus seqq. fol. 359. & seqq. vbi n. 270. cum seqq. refert ad literam mirabilem Rotæ decisionem, allegat etiam Hieron. Gonzal. in regul. 8. gl. n. 15. num. 119. & infinitos alios, & nonnulla etiam de dicta clausula (dimittendi) vide per Marefcot. variar. resol. lib. 2. c. 35. à n. 103. cum seqq. & quando ex non dimissione possit impetrari iuxta dictum decretum, vel non, vide per Campanill. supra.

57 Sextò, & vltimò pro hac nostra opinione in terminis facit Concil. Trid. sess. 7. de reform. c. 5. vbi expressè disponitur, quod in hoc casu appellatio non impediatur iudicium ordinarij, ibi, appellationibus, priuilegijs, exemptionibus quibuscunque, etiam cum iudicium specialiu deputacione, & illorū inhibitionibus, in præmissis minimè suffragantibus) quem text. adducens Ioannes Gutier. vbi proximè pro fundamento cõtrariæ partis illum intelligendo, vt illa prohibitio appellationis intelligatur, respectu deputacionis Vicarij, & portiois eius: non tamen respectu compulsiois, dimissionis, prioris, beneficij, & licet ipse Gutier. nostram amplexus est sententiam, non tamen video, illi satisfecisse. Et sic dicas, vt

58 respectu omnium in illo decreto dispositorum intelligenda est illa clausula generalis, prohibitua appellationis, vt probat text. expressus in c. secundo requiris 41. in ordine de appell. cuius verba sunt: Secundo requiris, cum pluribus articulis in vna commissione positus, in vno tantum contingit, appellationem expressè

59 vetari: vtrum appellatio teneat, si super alijs fuerit appellatū, in quo t. r. quod, &c. hæc sit nostra intentio, vt de omnibus articulis, qui in cõmissione ponuntur, iustitia suam cõsequitur effectū, in omnibus appellatio intelligitur interdicta; nihil enim interest, vtrum inhibeat primo, an secundo, in medio, an in fine, cum (sicut vtriusque iuris argumenta nos docent) ea quæ in principio, ad mediū, & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem, atque principium, sæpè referri contingat.) Hactenus Pontifex loquens in fortioribus terminis; scilicet: respectu articulorū plurium, & in vno dumtaxat appositæ prohibitio appellationis: appositæ nihilominus, in cæteris intelligatur, multò fortius debet sic intelligi in casu d. Concil. Trid. cum id absque dubio euidèter demonstrat, vt cõstat expressè ex illis

60 verbis eiusdem, ibi, in præmissis, &c.) quæ omnimodè difficultatem tollunt, cum sint repetitiua omnium, & singulorū præcedentium.

Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

Et cum ea sit natura, ac propria significatio huius verbi, præmitto; scilicet; ante mittere. & præmissus, a, um. seu præmissis, in plurali, ea, quæ antè mittuntur, vt explicat Calepinus super hoc participio. quod & euidentius probatur, nam quando in supplicatione post narratiuam plurium delictorum; puta: appositæ est clausula (si de præmissis constitit, &c.) nec addantur illa verba (seu altero eorum, &c.) non sufficit vnum delictum verificare, sed omnia narrata verificanda sunt: cum illa clausula (de præmissis, &c.) ad omnia, & singula præcedentia de necessitate referantur. ita probat Staphilus de signatura iustitiæ, §. & primo sciendum, n. 2. Sarnarius in regul. de subrogandis q. 7. versitem sciendum. Et ita fuisse resolutum in vna Osen. Archidiaconus 15. Octob. 1601. coram Horatio Cardin. Lancelot. testatur Marefcot. variar. resol. lib. 2. c. 1. n. 68. & quod hæc dictio (præmissa) sit repetitiua præcedentium omnium, docet Alex. consil. 63. diligenter n. 8. in fi. verbo non obstat secundum lib. 6. Cardin. Tufcus pract. concl. 1. tomo. litera C. concl. 290. n. 2. & ad omnia præcedentia refertur Alex. de Neuo in rubr. de sponsal. & mar. n. 3. Alex. Moneta. in tract. de conseruat. iudic. c. 7. sub n. 607.

Prout etiã de dictione, (supradictis) quæ restringit dispositionem ad superiora, proinde ac si specialiter essent repetita. Ripa in l. filiusfamilias §. dicit num. 3. de legatis 1. Anton. Gabriel. tit. de fideicommiss. concl. 3. num. 9. Marefcot. variar. resol. lib. 1. c. 51. n. 7. idem etiam, & pariter dicimus de dictione, seu adiectiuo (huiusmodi) quæ præcedentia cum omnibus suis qualitatibus repetit, gl. in c. Abbatem, de electio. in 6. Corneus concl. 97. n. 8. lib. 4. Parisius consil. 52. num. 3. lib. 3. Marefcot. lib. 2. c. 77. n. 27. & ad ea clausula generalis sequens est referenda, & ita responderetur.

Maximè & hoc attende, quod ex Bulla 65 Domini nostri sancti Pij I V. Pontificis Maximi edita in confirmatione Concil. Trid. ad calcè eius, scilicet folio mihi 387. quæ postquam omnia, & singula decreta eius confirmauit, mandauitque obseruari, & cõmendat omnibus personis cuiuscunque status; vt illa faciãt seruari, & custodire appellatione postposita, vt constat ex eadem Bulla ad mediu.

Quibus sic suppositis, & præhabitis: restat respondere fundamentis pro cõtraria parte, & opinione adductis, consideratisque. Nec obstat primò, quo diximus; pœnas ipso iure impositas requirere sententiã declaratoriam præmissa causæ cognitione, & ideo appellationem permissam censeri, quia responderetur: quod ultra id, quod hoc habeat, continereturque difficultatè ex his, quæ supra diximus in primo fundamèto pro nostra opinione à n. 7.

g 2 Tamen

66 Tamen magis in specie respondendum est: vt illud argumentum, & Doctores citati loquantur; quando beneficium vacat ipso iure ob pœnam alicuius facti; vt puta: ob non residentiam beneficij curati, tunc ex magis communi requiritur declaratoria sententia præuia citatione, seu monitione, & causæ cognitione. vt est videre ex his, quæ longa manu congesit Oieda de Mendoza de beneficiorum incompatibilitate 1. p. cap. 18. à num. 11. cum seqq. at nos sumus in diuerso casu; quando scilicet primum beneficium vacauit per adeptionem pacificam secundi beneficij non ex pœna, sed ex dispositione, & effectu iuris, id iustus de causis, ac rationibus dictantis, moti. quod est multum diuersum, & separatum.

67 Et ratio diuersitatis in hoc consistit; quoniam quando quis est promotus ad aliud beneficium incompatible, & illius possessionem pacificam amplectitur, possidetque quietè: censetur renuntiare voluntate propria, & verè omnibus beneficiis antea habitis, ab illo possessis, iuxta text. in cap. cum in cunctis, de electione lib. 6. in §. cum vero, at verò quando quis amittit beneficium ipso iure propter nō residentiam puta: illud amittit in pœnam ob non residentiam scilicet, & huiusmodi pœnam declarandam esse per sententiam præmissa monitione, citatione, & causæ cognitione; iustum est. cum fortè non ex voluntate propria, sed ex necessitate potius illam incurrisse; apparere potest: constabitque in causæ discursu ex eius allegatione, & verificatione aliqua iusta, & legitima causa, à iure admittit, & approbata, permittens absentiam beneficiati. at verò constando de contrario nulla se tueri beneficiatum legitima defensione, & causa feratur à iudice declaratoria sententia, beneficium vacasse ipso iure, hanc solutionem nota, quoniam elegans est, & eam inuentori libentissimè reddo, ille est Oieda de Mendoza in tract. de beneficiorum incompatibilitate, d. 1. p. cap. 18. num. 22. & facit, quod dicit Ioan. Gutier in

68 conf. 10. à prim. Nec ex hoc concluditur, nec confiteor, quòd licet sententia in priuatione ob non residentiam requiratur, ab ea locum esse appellationi, nec etiam in nostro casu, etiam si declaratoria necessaria foret, procedere potest consequentia, ex specialibus rationibus in eo vigentibus, statim dicam.

Nec obstat secundum argumentum, quod videbatur magis difficile, & concludens; nempe: licet à pœna, à lege imposita, non sit licita appellatio; tamen à declaratoria incurso illius admittitur, quoad vtrumque effectum, ex Doctoribus in eo citatis. quia

nihilominus quod in casu nostro declaratoria non est necessaria, tamen respondeo; vt licet quod dicitur de declaratoria, ita procedat generaliter; non tamen est indistinctè, & absolutè verum, sed vestitur ex natura, & qualitate rei, & casus, cui adicitur, & applicatur, & secundum eum variatur. nam si cadit super casu sui natura appellabili (prout generaliter omnes casus appellationem permittunt ex iuribus vulgaris) tunc appellatio à tali sententia suos habebit effectus. at verò si illa cadit, & profertur super aliquo casu priuilegiato, vel aliàs ex aliqua speciali ratione iuris est prohibita appellatio: tunc multo fortius hoc casu à declaratoria erit appellatio deneganda, quam aliàs. quia in eo iam ius operatur, & protulit sententiam suam, quæ maioris est priuilegij, quam lata à iudice, vt sæpe dixi. & iudex ita declarans nihil noui disponit, sed quid in præteritum iam sit actum, ostendit, vt inquit Bald. in l. cum testam. in fin. C. de manumissis testam. Decius in l. edita num. 47. C. de edendo probat text. in l. hered. palam. §. sed est nota ff. de testam. text. in l. adeo §. cum quis, de acquir. verum domin. & in l. ass. toto ff. de here. instit. & in l. vnum ex familia. §. si de falcidia ff. de legat. 2. & in clem. 1. in prin. de iure patro. & etiam probatur in proamio lib. 6. in prin. & in clem. exiuit, vers. locum autem de verborum signis glo. in c. per tuas, verbo de nouo, de donatio. glo. in c. 1. in verbo, & filio. de summa Trin. lib. 6. vbi Domini. colu. penult. vers. nota istam glo. Ioan. Andreas in additio. ad Specul. in tit. de testam. in §. nunc videndum colu. penult. vers. hoc etiam nota. & Dominicus in proamio lib. 6. in prin. & vers. nota optimus text. Cardin. in c. si. colu. 2. vers. si vero disponit, de constitutionibus. Immol. in clem. 1. colu. 8. in gloss. c. vidisse, de sequest. poss. & fruct. Barba. conf. 28. colu. 2. vers. ecce autem vol. 1. & in consil. 7. colu. 1. vers. 3. facit. volum. 1. & in consil. 87. colu. 9. vers. & hoc satis aperte, eodem volu. Felin. in c. super questionum, colu. 1. de off. delegat. & in c. qualiter & quando, el. 1. colu. 14. vers. & pro ista fallentia, de accusatio. & in c. non potest colu. 2. vers. facit glo. singularis, de re iudi. Philip. Decius in l. edita num. 47. C. de edendo & in l. 1. colu. 1. C. de impuber. & alijs subst. & in c. si. colu. 6. vers. & aduertendum de constitutio. & in c. pastoralis. §. verum in 13. nota. de appella. Purpurat. in l. 1. num. 39. ff. si certum petat. & latè cum ampliacionibus, & limitationibus prosequitur Anton. Gabr. concl. 3. per totam, lib. 6. commun. conclusio. & magis in nostris terminis loquens in sententia declaratoria ob priuationem beneficij ipso iure optimè per Oiedam de beneficiorum incompatibilitate 1. p. c. 18. num. 23.

Et præfatam solutionem ad argumentum, 71 libet

libet exemplis, & doctrinis comprobare. Ecce à pœna excommunicationis lata ipso iure non licet appellare; à declaratoria tamen aliquem in eam incidisse, libet regulariter quoad vtrumque effectum, exactè per Nauarrum in repetitione c. cum contingat 15. 72 nullitatis causa fol. mibi 151. at si ista declaratoria sententia cadat super excommunicationem in negotio executio, puta super executionem obligationis Cameralis, aut guarentigati, aut bullarum, pensionis, & similia, tunc appellatio non suspendit, ab illa interposita, quemadmodum nec ab executione, quia regulariter declaratoria secundum naturam, & qualitatem negotij, cui adheret. ita eleganter Nicolaus Garcia in tractatu de benef. 1. c. 5. num. 586. per quem, & nos ita resoluiimus supra hac 3. p. c. 3. ad fin. & 2. p. c. 3. à num. 12. cum seqq. & à princ.

73 Secundum sit exemplum; à pœna legis, vel canonis non licet appellare, l. si qua pœna ff. de verborum significatione. c. quia nos, de appell. à declaratione tamen aliquem illà incidisse; est regulariter licita quoad vtrumque, secundum magis communem, glo. in c. cupientes, verbo, priuatis. in vers. si autem, de electione lib. 6. Curtius Iunior in l. vnica num. 41. ff. si quis ius dicenti non obtemper. & plures congescit Boba. in poli. 2. p. 3. lib. c. 8. n. 276. & nos supra in secundo fundamento contrariæ partis.

74 Quod si declaratus est conuictus, & confessus, tunc eius appellationis deferendum non est, quia conuictus, & confessus de crimine non appellat, l. obseruare, C. quorum appellat. non recip. l. constitutiones ff. de appellatio. vel quando crimen est notorium, &c. ecce quomodo declaratoria sententia regulariter secundum naturam casus, cui accedit; ita vt si interponatur super causa inappellabili sui natura, inappellabilis pariter & necessaria sit.

75 Tertium sit nostræ solutionis, & doctrinæ exemplum, quo apparebit simul satisfactio vltimo argumento, imò & omnibus pro contraria parte consideratis; absens à beneficio monitus, & contumax plectitur pœna priuationis eiusdem ob non residentiam; ad eius tamen executionem requiritur declaratoria cum citatione beneficiati, & causæ cognitione, & diffinitiuè sententia, vt superius diximus, & est videre ex his, quæ latè per Oiedam de beneficio. incompat. 1. p. cap. 18. à princ. & præcipuè à num. 20. ita vt erit nulla, & attentata sententia, & priuatio seu pœnæ executio; si absque dicta citatione fiat, & cognitio de causa, vt etiam dicit Flores de Mena in practica. quest. 13. num. 26. alios allegans, cuius meminimus supra in 3. fundamento contrariæ partis. à declarato-

Salgado de protecl. Reg. Tom. 11.

ria tamen sententia huiusmodi appellationi 76 emittæ minimè deferendum esse: probant iura expressa, text. in cap. relatum. text. in cap. conuenerit, de clericis non residentibus. text. in c. peruenit el. 2. de appellatio. Concilium Trid. sess. 23. de reformatione, c. 1. & quæ nos exactè diximus supra 2. part. cap. 15. à princ. vbi hic articulus & sequens explicatur cum distinctione.

Et ad hoc reducendus est ipse Flores in illo 3. argumento, & glossæ pragmaticæ per eum citatæ loquentes, quando ordinarius compellit suum subditum ad residentiam beneficij, quia tunc ita proceditur contra ipsum; quando ad priuationem eiusdem proceditur, & tunc appellatio admittitur modo prædicto, & à nobis latius in d. cap. 15. & tunc bene dicit ipse Flores de Mena, quòd in tribunalibus declaratur, vim fieri, quando contra clericum huiusmodi actum est sine cognitione causæ, & citatione, quod requiritur, vt dictum est. imò tunc frequentius solet dari tertium genus violentiæ, nempe, que oyendole de nuebo, y reponiendo lo hecho no haze fuerza, y se le remite, y no lo haciendo la haze, otorgue, y reponga, &c.

Et hoc iure vitum, non tamen ipsa glossa pragmaticæ, & ipse Flores agunt in nostro casu; scilicet, quando ordinarius tractat de auferendo, & amouendo eius possessionem beneficij incompatible, vacantis ipso iure per obtentionem secundi, qui est casus longè à nostro diuersus, vt supra diximus, licet in vtroque admittatur minimè appellatio diuersis respectibus, & specialibus rationibus consideratis, quoniam aliud est amouere beneficium ex capite non residentis, aliud autem amouere ex capite vacationis ipso iure, pro obtentionem secundi incompatible, vt videre est ex Oieda de beneficiorum incompat. 1. p. cap. 9. num. 5. & rationem tradidimus differentie supra, & in primo capite non admittitur appellatio, cum distinctione tamen, de qua per nos supra 2. p. d. cap. 15.

Vnum tamen, & necessarium rei de qua 78 agimus, ad maiorem declarationem non omitam: quæ scilicet beneficia vacare dicantur ipso iure per pacificam possessionem adeptam secundo. In quo breuissimè affirmo, quòd quicquid sit de iure communi, hodie tamen ex dispositione nouiori Concilij Trid. docemur, in omnibus beneficiis, etiam simplicibus, de iure sui natura, vel quomodolibet residentiam requirentibus, vacare primum ipso iure, per obtentionem secundi, vt constat ex eodem Trid. decreto sess. 7. de reformatione cap. 4. Et licet inter Do-

g 3 crectum

cretum Concilij: an etiam beneficia simplicia iuxta illud vacent ipso iure, etsi residentiam requirant, & in varias seu contrarias itum est sententias, siquidem Navar. *conf. 17. de prebend.* Dueñas *Eclesiast. lib. 4. a. num. 96. 120. Flamin. Paris. de resig. benef. lib. 3. quast. 1. a. num. 132.* Cechus *de repub. Eclesi. tit. de beneficiis lib. 3. quast. 1. num. 4. vers. in secundo capite, & vers. ad dignoscendum in fi. cum scripserunt post Trid. & Flores de Mena in pract. quast. 9. 13. num. 15. & seqq. & quast. 23. num. 59.* Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. curia Neapolitana c. 64. num. 4. & 5.* Prosper de Augusti. *ad summā Bullar. Quar. verb. beneficiorum 6. causa affirmantes* (licet aliqui trepide) beneficia simplicia per Concilium non vacare ipso iure, quantumvis residentiam requirentia, sed idem sit hodie, quod de iure communi cautum per c. de multa, de prebend. & alia iura de hoc loquentia.

81 Sed contrariam sententiam; imò quòd hodie nouiori dispositione Concilij Trid. d. cap. 4. innouatum sit ius commune, & extendatur ad omnia beneficia simplicia, residentiam de necessitate requirentia, tanquam incompatibilia vacare ipso iure: defendit Oieda *de beneficiorum incompati. 1. p. cap. 9. n. 5.* dicens quòd text. in d. c. de multa. inducens vacationem ipso iure, in dignitatibus, & personaribus extenditur ex dicto decreto Concilij, ad quæcumque beneficia incompatibilia, prout sunt residentiam requirentia: idem dicit cap. 11. in fi. Gutierrez. *conf. 10. num. 1. & 4.* Zechus *in tract. de benef. & pensio. cap. 5. sub num. 4. tenet. idem ex declaratione sacre congregationis determinauit Rota in decis. 483. p. 1. diuersorum*, pluries etiam ita declarauit sancta Concilij congregatio, quarum duas refert Hieronym. Gonzal. *in regul. de mensi. & alter. gl. 15. num. 16. & seqq.* indubitanter tenendum esse, ait: quòd in beneficiis, etiam simplicibus residentiam requirentibus, primum vacat ipso iure, per affectationem secundam, quando residentia est præcisa, & obligatoria, secus si cautiuina respectu amissionis fructuum, aut non continua,

82 sed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatibile, sed id de residentia ad certum tempus accipiendum est, quando in eodem tempore non concurrit residetia, seu feruitium alterius beneficij.

Hanc etiam nouissimè opinionem tenet Vicamefus *conf. 233. num. ultimo.* vbi aliam declarationem ad idem adducit, sequitur etiam nouissimè Leonar. Lessius *de iust. & de iure lib. 2. cap. 34. num. 145.* eandem etiam tenet Azor 2. p. lib. 6. c. 13. *quast. 2. 4. 5. 7. & 8.* eandem etiam sententiam sequitur, & pluribus defendit Nicolaus Garcia *de benefic.*

2. *tom. 11. p. cap. 5. a. num. 78. cum multis sequentibus*, vbi ita pluries censuisse sanctam congregationem, cuius plurimas declarationes ad Concilium Tridentinum editas, ad literam refert. hoc ita dicentes, & interpretantes, vt est videre in n. 84. vbi quinque adducit, aliam sub num. 86. ad fi. & alias vsque ad num. 91. vbi dicit hanc sententiam, & interpretationem Concilij esse veram, fatisque ei conformem, vbi in comprobationem aliqua adducit, & in d. num. 86. dicit hanc sententiam receptissimam esse, testaturque eam ita practicari in dataria, & cancellaria Apostolica, & pariter teneri à Rota.

Et aduerte, quòd Nauarrus relatus pro contraria, non absolute eam sequitur, & defendit: sed dicit, quòd nisi auctoritas sanctæ congregationis Concilij eum in contrariam sententiam traheret; putaret, respondendum esse negatiuè, scilicet; Concilium Trident. idem disponere, & nihil innouasse ius commune, sed pariter ac in illo etiam hodie beneficia simplicia incompatibilia residentiam requirentia; non vacare ipso iure. Et sic tacite intelligitur ipsum in ea nõ perseuerasse, cum in nostram trahat (vt ipse dicit) auctoritas sanctæ congregationis, nostram expressè approbantis, quam literaliter citat Nicolaus Garcia *vbi proxime n. 84.* quòd & ipse Nauar. expressè fatetur.

85 Sed non possum non mirari tantorum virorum, aduersus hanc tenentium, & volentiumque cauillari, & offuscare verba admodum clara Concilij Trid. d. *sess. 7. de reformatione. cap. 4.* quæ nullum dubium profectò accipiunt, ea autem sunt: Quicumque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, siue commenda perpetua, aut alio quocunque nomine, & titulo, contra formam constitutionis Innocentij III. quæ incipit *de multa.* recipere, ac simul retinere, præsumperit, beneficiis ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem ipso iure, etiam præsentis canonis vigore priuatus existat, &c. Vides quàm clara verba sunt, quàmque inaduerter moti sunt Doctores præfati, sequentes antiqui, & communis iuris vestigia, & audiendi non sunt.

86 His & vinces aliquos grossi ingenij literatos, qui vulgò existimant: aliud decretum Concilij Trident. *sess. 24. de reformatio. c. 17.* quo decernitur, quòd obrinentes plures parochiales, vna retenta alias infra spatium sex mensium dimittere teneantur, &c. huic esse contrarium. deducentes ex eo, quòd in omnibus beneficiis incompatilibus non dari vacationem ipso iure, etiã in beneficiis curatis; sed imò in eis ex noua hac Concilij disposi

dispositione possessores habere sex menses ad optandum, & eligendum, dimittendumque, quod voluerunt, & euidenter falluntur ignari prædicti Decreti 4. de quo supra. quòd in hoc disponit (vt diximus) vacare ipso iure. nec ei hoc contrarium est, nec esse potest. Siquidem loquitur dumtaxat, & disponit circa possessores plurium beneficiorum tunc tempore; scilicet, illius decreti, vt infra dictos sex menses eligant: non tamen disponit, nec procedit in impofterum obtinendis, scilicet; post Concilium Trident. de quibus & sic d. c. 17. disponit de tẽpore præfati, & præterito, vsque ad eius editionem, & promulgationem, vt ex eiusdem verbis euidenter apparet. at verò dictum c. 4. a tempore futuro. quòd, & ita bene aduertit Nicolaus Garcia *in tractatu de beneficiis tom. 2. c. 5. num. 78. qui num. 78. dicit*, ita esse accipiendum quòd tradunt Salzedus *in additio. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. c. 48. litera C.* Manuel Rodrig. *in summa c. 31. n. 4.* Vega 1. p. c. 36. *casu 24.* Petrus Ledefina. 2. p. *summa. tract. 7. c. 2. 12. concl. 6. diffi.* qui satis confusè loquuntur.

87 Alias autem quæstiones, quæ materiam incompatibilitatum beneficiorum attingunt, & concernunt, ad longum poteris videre, & consulere integrum, ac egregium etiam tractatum per Oiedam de Mendoza, qui scripsit de beneficiis. incompati. ad longum. Multas etiam celebres quæstiones, vbi multa in praxi contingentia, & necessaria conduxit nouiori etiam iure inducta, corroborata, ac illustrata plurimis decisionibus Rotæ nouissimis, ac declarationibus Cardinalium, in explicationem decretorum Concilij Tridentini editas, videre poteris apud Nicolaum Garcia *de benef. d. 1. p. c. 5.* per totos suos paragraphos tom. 2. apud quos cæteri de materia tractates citantur. quas quidem libentissimè omitto, quia ad meum institutum non pertinent, nec conducunt.

CAPVT VIII.

A sententia, qua quis suspenditur, priuaturve officio, vel à nominatione muneris, auctoritate, & vtilitate publici, siue auctoritate tantum, appellationi interiectæ Regiæ curiæ deferri, an mandabit.

S V M M A R I V M.

A suspensione & interdictione officij aut beneficij respicientis temporalitatem licita est regulariter appellatio, ac interim suspensus potest illius usum continuare. n. 1.

Notarij Ecclesiastici etiam Apostolici imperiti, aut delinquentes reperi possunt per ordinarium perpetuo vel ad tempus suspendi ab officio non obstante appellatione. n. 2.

Concilij Trid. *sess. 22. de reformat. cap. 10.* verba expenduntur. ibidem.

Sententia lata contra quoslibet Ministros iustitiæ, puta, tabelliones, Alguazelos, executores, &c. ob vararariam, vel excessum tangentem exercitium officij exequitur appellatio non obstante. n. 3.

Quod intelligitur, quando à iudice cui subsunt condemnantur ex ratione ibi. n. 4.

Officiales minores vt Alguazeli incorrigibiles excessus committentes, possunt ab eorum iudice statim expelli, & manumitti sine lite, & appellatione, sed libere. n. 5.

Officialibus tunc prohibita est appellatio, quando condemnantur pro delicto commisso in administratione officij sui, & à proprio iudice. n. 6.

Officialis delinquens extra officium capus ab vna Curia remittitur ex vrbantate ad Curiam superiorem, cuius est delinquens ipse. num. 7.

Concil. Trid. decretum *sess. 24. de reformat. c. 20.* disponens de suspendendo & multando notario non exhibente actorum copiam appellanti, explanatur, vt intelligatur appellatio non obstante, cum sit delictum tangens officij administrationem. n. 8.

Officialis suspensus vel priuatus officij administratione in Syndicatu pæna exequitur appellatione non obstante. n. 9.

Sententia lata in Syndicatu contra officialem iure Regio quomodo exequatur appellatione pudente. n. 10. remissive.

Iudices Ecclesiastici libere possunt punire suos officiales laicos delinquentes in officiorum administratione. n. 11.

Episcopus Vicarium, Castellanus castelli sui substitutum, index suum locum tenentem quando possit libere amouere cum causa, vel absque illa, vel quando non reuocare iurauit. num. 12. remissive.

Officia & beneficia ad nutum amobilia, quando sine causa possint tolli. n. 13. remissive.

Notarium semel electum per iudicem ad aliquod negotium, non poterit index sine causa remouere usque ad finem ipsius negotij. n. 14.

Notarij duobus electis si vnus caperit acta alienius negotij scribere, alius deinceps non poterit se intrinmittere, nisi impedito primo. n. 15.

Instrumenta & alia acta conducentia ad litem, quæ tractatur coram vno notario, non sufficiunt coram alio notario, etiam eiusdem iudicij & tribunalis presentare, & producere. n. 16.

Electus & nominatus ad officium seu munus publicum vtilitate & auctoritate, si habens excusationem intra terminum ad appellandum